

Marcus Tullius
Cicero
(106-43 v. Chr.)

Aus urheberrechtlichen Gründen fehlt hier eine Abbildung Ciceros

Übersetzungstraining

Inhaltsverzeichnis

0.	Einleitung	
1.	Informationen zum Autor Cicero	
2.	Übungstexte	
T 1	Ciceros Verteidigung des Sextus Roscius (80 v. Chr.)	
T 2	Ciceros Anklage des Statthalters C. Verres (70 v. Chr.)	
T 3	Ciceros Empfehlung des Feldherren Pompeius (67 v. Chr.), Teil 1	
T 4	Ciceros Empfehlung des Feldherren Pompeius (67 v. Chr.), Teil 2	
T 5	Ciceros Verteidigung des Cluentius (66 v. Chr.)	
T 6	Ciceros Angriff auf Catilina (63 v. Chr.), Teil 1	
T 7	Ciceros Angriff auf Catilina (63 v. Chr.), Teil 2	
T 8	Cicero Angriff auf Catilina (63 v. Chr.), Teil 3	
T 9	Ciceros Verteidigung seines Parteifreundes Murena (63 v. Chr.)	
T 10	Ciceros Verteidigung des Dichters Archias (62 v. Chr.)	
T 11	Ciceros Werben um die Verlängerung des Gallienkommandos Cäsars (56 v. Chr.)	
T 12	Ciceros Kampf um die Begnadigung eines Cäsargegners (45 v. Chr.)	
T 13	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 1	
T 14	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 2	
T 15	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 3	
T 16	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 4	
T 17	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 5	
T 18	Ciceros Gedanken über die Redekunst (De oratore, 55 v. Chr.)	
T 19	Ciceros Gedanken über den Tod (De senectute, 44 v. Chr.)	
T 20	Ciceros Gedanken über ehrenhaftes Handeln (De officiis, 43 v. Chr.)	

0. Einleitung

Liebe Schülerinnen und Schüler des Jahrgangs 10,

seit Abschluss der Lehrbuchphase haben wir mittlerweile durch Transit-Lektüre und Lektüre unsere Fähigkeiten beim Analysieren, Übersetzen und Interpretieren lateinischer Texte weiter entwickelt. Nun sind wir mit der Lektüre reiner Originaltexte der römischen Literatur beschäftigt. Um Euch auf die Teilnahme an den Literatur-Kursen der gymnasialen Oberstufe im Fach Latein vorzubereiten und Euch die Übung zu ermöglichen, die bekanntlich den Meister und die Meisterin macht, haben wir für Euch ein Trainingsprogramm erstellt, das Euch die Routine in der Übersetzungsarbeit vermitteln soll, die für die Textarbeit in der Oberstufe erforderlich ist. Schuljahresbegleitend solltet Ihr ausgewählte Texte des Klassikers Cicero zur Übung übersetzen. Eure LateinlehrerInnen werden gern Eure Übersetzungslösungen mit Euch besprechen. An dieser Stelle sei noch einmal auf die 6 Teilgebiete hingewiesen, in denen Ihr in der Jahrgangsstufe 10 Euer Fähigkeiten trainieren solltet, um erfolgreich an den Literaturkursen im Fach Latein in der Oberstufe teilnehmen zu können (angegeben sind auch Hilfsmittel, die Ihr benutzen könnt).

<u>(1) Vokabular</u>	<u>(2) Formen</u>	<u>(3) Grammatik</u>	<u>(4) Stilistik und Metrik</u>	<u>(5) Römische Literatur/ Römische Geschichte</u>	<u>(6) Übersetzungstraining</u>
sicheres Beherrschen eines lateinischen Vokabelschatzes	gefestigte Kenntnis der lateinischen Formenlehre	genaue Kenntnis der grammatischen Regeln der lat. Sprache	konzentriertes Erlernen grundlegender stilistischer und metrischer Phänomene der römischen Literatursprache	Überblick über Gattungen der römischen Literatur und Phasen und Ereignisse der römischen Geschichte	routinierter Umgang im Analysieren und Übersetzen lateinischer Original-Texte
- Thesaurus vocabulorum	- Formentraining (siehe HP → Training)	- Roma-Grammatik	- Stilmittelkatalog - Metrikeinführung (siehe HP → Hilfen)	- Römische Geschichte - Römische Rhetorik (siehe HP → Hilfen)	- Cäsar-Übungen - Cicero-Übungen - Ovid-Übungen (siehe HP → Training)

Für diejenigen von Euch, die mit Sicherheit an den Oberstufenkursen im Fach Latein teilnehmen werden, seien die folgenden Bücher zur Anschaffung und zum ersten Schnuppern empfohlen:

1	Res Romanae, hrsg. v. Krefeld, H., Berlin 2008.
2	Metzger, G.: Lateinische Literaturgeschichte (Stark 94602)
3	Rororo-Monographien der Klassiker der römischen Literaturgeschichte: Cäsar, Cicero, Ovid, Seneca

Viel Erfolg bei Euren Vorbereitungen auf die gymnasiale Oberstufe im Fach Latein wünschen Euch Eure LateinlehrerInnen an der Cäcilien Schule !

<p>„Dimidium facti, qui coepit habet: Sapere aude,/incipere! Wer nur begann, der hat schon halb vollendet. Habe Mut, Dich Deines Verstandes zu bedienen, wage den Anfang!“ (Horaz, Epistulae 2,40-41)</p>
--

1.	<u>Informationen zum Autor Cicero</u>
	<p>Aus urheberrechtlichen Gründen fehlen hier Auszüge aus Lehrwerken zum Autor Cicero. Wir empfehlen:</p> <ol style="list-style-type: none">1. Die Cicero-Biographie von Marion Giebel (Rowohlt-Verlag),2. Res Romanae, hrsg. v. Krefeld, H., Berlin 2008,3. Metzger, G.: Lateinische Literaturgeschichte (Stark 94602),4. Senoner, R.: Die römische Literatur, ein Überblick über Autoren, Werke und Epochen von den Anfängen bis zum Ende der Antike, München 1981, S. 37-41.5. online verfügbare Nachschlagewerke.

2.	Übungstexte
----	-------------

T 1	Ciceros Verteidigung des Sextus Roscius (80 v. Chr.)
-----	--

Im Jahre 80 v. Chr. verteidigt Cicero im Alter von 26 Jahren in seinem ersten Strafprozess den Sextus Roscius aus Ameria, der wegen angeblichen Vatemordes und Unterschlagung angeklagt war. Ciceros Prozessgegner war ein Günstling des Diktators Sulla. Seine deutlichen Worte ver-raten Zivilcourage.

05	De parricidio <u>causa dicitur</u> ; <u>ratio</u> ab accusatore <u>reddita</u> non <u>est</u> , quam ob causam patrem filius occiderit. <u>Quod</u> in minimis noxiis et in his levioribus peccatis, quae magis crebra et iam prope cotidiana sunt, vel maxime et primum quaeritur, quae causa malefici fuerit, <u>id Erucius</u> in parricidio quaeri non putat oportere. In quo scelere, iudices, etiam cum multae causae convenisse unum in locum atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi coniectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur. <u>Cum</u> multa antea commissa maleficia, <u>cum</u> vita hominis perditissima, <u>tum</u> singularis audacia ostendatur <u>necesse est</u> , neque audacia solum, sed summus furor atque amentia. Haec cum sint omnia, tamen <u>exstent oportet expressa</u> sceleris <u>vestigia</u> , ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficio sit admissum.
10	Quae nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam scelestae, tam atrox, tam nefariae credi non potest. Magna est enim vis humanitatis; multum valet communio sanguinis; <u>reclamat</u> istius modi <u>suspicionibus</u> ipsa natura; <u>portentum</u> atque monstrum certissimum <u>est</u> esse aliquem humanae speciei et figurae, qui tantum <u>immanitate</u> bestias vicerit, ut, propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce <u>privavit</u> , cum etiam feras inter sese <u>partus</u> atque educatio et natura
15	ipsa conciliet. (208 Wörter)

Hilfen

1	causam dicere: einen Prozeß führen	9	exstare: vorhanden sein
1	rationem reddere: Rechenschaft ablegen	9	expressa vestigia: deutliche Spuren
2/3	quod: das Relativpronomen quod wird durch id wieder aufgenommen	12	reclamarere suspicionibus: sich Anschuldigungen widersetzen
3	Erucius: Name des Anklägers	12	portentum ... est: es ist absolut widernatürlich
7	cum ... tum: sowohl ... als auch besonders	13	immanitas,tatis,f.: Roheit, Grausamkeit
8	necesse est: Ordne: necesse est, <ut> singularis audacia ostendatur	14	privavit = privaverit
9	oportet: Ordne: oportet, <ut> exstent expressa sceleris vestigia	14	partus,us,m.: Geburt

T 2	Ciceros Anklage des Statthalters C. Verres (70 v. Chr.)
------------	--

Der römische Provinzstatthalter Verres hat die ihm anvertraute Provinz Sizilien schamlos ausgebeutet. Gesandtschaften aus Sizilien erscheinen in Rom und bitten Cicero, der sich als Quaestor in Sizilien im Jahre 75 durch eine untadelige Amtsführung ausgezeichnet hatte, ihre Sache zu vertreten. Cicero weist Verres ungeheure Bereicherung während dessen Tätigkeit in Sizilien (73-71) nach. Verres geht daraufhin freiwillig in die Verbannung, um einer Verurteilung zu entgehen. Cicero aber avanciert zum anerkannt ersten Redner Roms und überflügelt damit den römischen Staranwalt Hortensius.

05	Venio nunc ad istius, quem ad modum ipse appellat, studium, ut amici eius, morbum et insaniam, ut Siculi, latrocinium; ego, quo nomine <u>appellem</u> , nescio. Rem vobis proponam, vos eam suo, non nominis, pondere <u>penditote</u> . Genus ipsum prius cognoscite, iudices; deinde fortasse non magno opere quaeritis, quo id nomine appellandum <esse> putetis. Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis tam copiosis ullum argenteum vas, ullam <u>gemma</u> aut <u>margaritam</u> fuisse, quicquam ex auro aut ebore factum, signum ullum aeneum, marmoreum, eburneum, nego ullam picturam <u>neque in tabula neque in textili, quin conquisierit</u> , inspexerit, quod placitum sit, abstulerit. Magnum videor dicere: attendite etiam, quem ad modum dicam. Non enim <u>verbi</u> neque criminis <u>augendi causa</u> complector omnia: cum dico
10	nihil istum eius modi rerum in tota provincia reliquisse, Latine me <u>scitote</u> , non <u>accusatorie</u> loqui. Etiam <u>planius</u> : nihil in aedibus cuiusquam, ne in hospitis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, nihil apud Siculum, nihil apud civem Romanum, denique nihil istum, quod ad oculos animumque acciderit, neque privati neque publici neque profani neque sacri tota in Sicilia reliquisse. (179 Wörter)

Hilfen

2	<id> appellem	7	quin: dass nicht, ohne dass
3	penditote: Imperativ Pl. zu pendere: abwägen, beurteilen (vgl. scitote, Z. 10)	7/8	conquisierit = conquisiverit
6	gemma,ae,f.: Edelstein	9	verbi augendi causa: um große Worte zu machen
6	margarita,ae,f.: Perle	10	accusatorie: nach Art eines Anklägers
7	neque in tabula neque in textili: weder auf festem Untergrund noch aus Leinen	11	planius <dico>: ich spreche deutlicher

T 3	Ciceros Empfehlung des Feldherren Pompeius (67 v. Chr.)
------------	--

Als Praetor des Jahres 67 v. Chr. setzt Cicero sich in seiner ersten politischen Rede vor dem Volk für den Feldherren Pompeius ein. Nach einem bisher für Rom unglücklich verlaufenen Krieg in Asien gegen Mithridates VI., den König von Pontos, der die römische Machtstellung im Osten bedroht, soll Pompeius mit einem Sonderkommando mit unbeschränkter Machtbefugnis („extraordinarium imperium“) ausgestattet werden.

05	Et quoniam semper appetentes gloriae praeter ceteras gentes atque avidi laudis fuistis, delenda vobis est illa macula Mithridatico bello superiore concepta. Quae penitus iam insedit ac nimis inveteravit in populi Romani nomine, quod is, qui uno die tota in Asia tot in civitatibus uno nuntio atque una significatione omnes cives Romanos necandos trucidandosque curavit, non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat, et ita regnat, ut se non Ponti neque Cappadociae latebris occultare velit, sed emergere ex patrio regno atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiae luce, versari.
10	Etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri et summi imperatores, sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. Verum tamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt, venia danda, quod hoc bellum conficiendum reliquerunt, propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam res publica, Murenam Sulla revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit. (182 Wörter)

T 4	Ciceros Empfehlung des Feldherren Pompeius (67 v. Chr.), Teil 2
------------	--

Bei seiner Empfehlungsrede für den Feldherren Pompeius (67 v. Chr.) geht Cicero auch auf die Tradition der Vorfahren ein:	
--	--

05	Maiores nostri saepe pro mercatoribus aut naviculariis nostris iniuriosius tractatis bella gesserunt; vos tot milibus civium Romanorum uno nuntio atque uno tempore necatis quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, extinctum esse voluerunt; vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem imminutam civium Romanorum non tulerunt; vos ereptam vitam neglegetis? Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt; vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis? Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperi gloriam tradere, sic vobis turpissimum sit id, quod accepistis, tueri et conservare non posse. Quid? Quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur, quo id tandem animo ferre debetis? Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus; imminent duo reges totae Asiae non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis; civitates autem omnes cuncta Asia atque Graecia vestrum auxilium exspectare propter periculi magnitudinem coguntur; imperatorem a vobis certum deponere, cum praesertim vos alium miseritis, neque audent neque id se facere sine summo periculo posse arbitrantur.
10	
15	(184 Wörter)

T 5	Ciceros Verteidigung des Cluentius (66 v. Chr.)
------------	--

Cluentius hatte acht Jahre vor der Rede, aus der die folgende Stelle stammt, seinen Stiefvater beschuldigt, gegen ihn einen Giftmord versucht zu haben. Der Stiefvater wurde damals tatsächlich verurteilt. Hartnäckig hielt sich das Gerücht, Cluentius habe seinerzeit die Richter bestochen. Gegen diesen Vorwurf verteidigt ihn Cicero im Jahre 66 v. Chr.

<p>05</p> <p>10</p> <p>15</p>	<p>Ego me, iudices, eam causam accedere, quae iam per annos octo continuos <u>ex contraria parte</u> audiatur atque ipsa opinione hominum tacita prope <u>convicta atque damnata sit</u>, facile intellego; sed si qui mihi deus vestram ad me audiendum benevolentiam conciliarit, efficiam profecto, ut intellegatis nihil esse homini tam timendum quam invidiam, nihil innocenti suscepta invidia tam <u>optandum</u> quam aequum iudicium, quod in hoc uno denique falsae infamiae finis aliqui atque exitus reperitur. Quam ob rem magna me spes tenet, si, <u>quae sunt in causa</u>, explicare atque omnia dicendo consequi potuero, hunc locum consessumque vestrum, quem illi horribilem A. Cluentio ac formidolosum fore putaverunt, eum tandem eius fortunae miserae multumque iactatae portum ac perflugium futurum. Tametsi permulta sunt, quae mihi, ante quam de causa dico, de communibus invidiae periculis dicenda esse videantur, tamen, ne diutius oratione mea <u>suspensa</u> exspectatio vestra <u>teneatur</u>, adgrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, qua mihi saepius utendum esse intellego, sic ut me audiatis, quasi hoc tempore haec causa primum <u>dicatur</u>, sicuti dicitur, non quasi saepe iam dicta et numquam probata sit. Hodierno enim die primum veteris istius criminis diluendi potestas est data, ante hoc tempus error in hac causa atque invidia versata est.</p>
(196 Wörter)	

Hilfen

1	ex contraria parte: in negativer Weise	6	quae sunt in causa: was zu dem Fall gehört
2	convincere atque damnare: völlig aburteilen	11	aliquis suspensus tenetur: jemand wird auf die Folter gespannt (im übertragenen Sinn)
5	optandum <esse>	13	dicere: hier: verhandeln

T 6	Ciceros Angriff auf Catilina (63 v. Chr.)
------------	--

Lucius Sergius Catilina, ein heruntergekommener Adeliger, hatte im Jahre 65 mit seinen Anhängern erfolglos versucht, die amtierenden Konsuln zu ermorden. Bei der Bewerbung um das Konsulat für 63 v. Chr. gegen Cicero gescheitert und erneut bei den Consulwahlen im Jahre 63 abgewiesen, versuchte er den Staatsstreich. Cicero gelang die Aufdeckung der Pläne Catilinas. Er zwang Catilina, ins Exil zu gehen, ließ dessen Anhänger verhaften und nach einer stürmischen Senatsdebatte im Carcer Mamertinus, dem unterirdischen Gefängnis am Fuße des Kapitols, hinrichten. Nachdem Catilina Rom verlassen hat, hält Cicero vor der Volksversammlung eine Rede, aus der die folgende Passage entnommen ist:

05	Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferro flammaque minitantem ex urbe vel eiecimus vel emisimus vel <u>ipsum</u> egredientem <u>verbis prosecuti sumus</u> . Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla iam perniciēs a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabitur. Atque hunc quidem unum huius belli domestici ducem sine controversia vicimus. Non enim iam <u>inter latera nostra</u> sicut illa versabitur, non in <u>campo</u> , non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimescemus. Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. Palam iam cum hoste nullo impediēte bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. <u>Quod</u> vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit, <u>quod</u> vivis nobis egressus est, <u>quod</u> ei ferrum e manibus extorsimus, <u>quod</u> incolumis civis, <u>quod</u> stantem urbem reliquit, quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum putatis? Iacet ille nunc prostratus, Quirites, et se percussum atque abiectum esse sentit et retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem, quam e suis faucibus ereptam esse luget: Quae quidem mihi laetari videtur, quod tantam pestem evomuerit forasque proiecerit.
10	
15	(197 Wörter)

Hilfen

3	ipsum: sua sponte	6	campo: erg. Martio
3	verbis prosequi: mit guten Wünschen begleiten	9 -11	quod: dass
5/6	inter latera nostra: zwischen unseren Rippen		

T 7 Ciceros Angriff auf Catilina (63 v. Chr.), Teil 2

Cicero berichtet am 9. Nov. 63 dem Volk über die jüngsten Ereignisse und die Senatssitzung vom Vortag im Tempel des Iuppiter Stator. Dabei muß er sich mit dem Vorwurf auseinandersetzen, er habe Catilina ins Exil geschickt.

05	Hesterno die, cum <u>domi meae</u> paene interfectus essem, senatum in aedem Iovis Statoris convocavi, rem omnem ad patres conscriptos detuli. <u>Quo</u> cum Catilina venisset, <u>quis eum senator</u> appellavit? Quis salutavit? Quis denique ita aspexit ut perditum civem ac non potius ut importunissimum hostem? Quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, <u>nudam atque inanem</u> reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul, <u>qui verbo cives in exsilium eicio</u> , quaesivi a Catilina, utrum in nocturno conventu apud M. Laecam fuisset <u>necne</u> . Cum ille homo audacissimus conscientia <u>convictus</u> primo reticuisset, patefeci cetera: quid ea nocte egisset, ubi fuisset, quid <u>in proximam</u> constituisset, quemadmodum esset <u>ei ratio</u> totius belli descripta, edocui. Cum haesitaret, cum teneretur, quaesivi, quid dubitaret proficisci eo,
10	quo iam pridem pararet, cum arma, cum <u>securis</u> , cum <u>fascis</u> , cum tubas, cum signa militaria, cum <u>aquilam illam argenteam</u> , cui ille etiam sacrarium domi suae fecerat, scirem esse praemissam. In exsilium eiciebam, quem iam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, <u>Manlius iste centurio</u> , qui in agro Faesulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit, et illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant, et ille eiectus in exsilium se Massiliam, ut aiunt, non in haec castra confert.
15	(198 Wörter)

Hilfen

1	domi meae: in meinem Hause	8	in proximam <noctem> constituere: für die folgende Nacht planen
2	quo: dorthin	8	ei: dativus auctoris, hier beim Perfekt Passiv
2/3	quis senator = qui senator	8/9	ratio belli: Kriegsstrategie
5	nudam atque inanem: prädikativ	10	securis, fascis: 12 Rutenbündel und Beile sind die Insignien der Konsulwürde. Cicero unterstellt Catilina also, dieser wolle in Etrurien als Konsul auftreten.
5/6	qui verbo cives in exsilium eicio: vgl. die Einleitung, Cicero meint diese Worte ironisch.	11	aquila illa argentea: Es soll sich dabei um den silbernen Legionsadler handeln, der beim Sieg des Marius über die Kimbern und Teutonen dessen Feldzeichen war. Für Catilina ist er eine Art heiliges, glückbringendes Maskottchen.
7	necne: oder nicht	12/13	Manlius iste centurio: Manlius führt Catilinas Heer in Etrurien und ist ein ehemaliger Centurio Sullas. Der ganze Satz ist ironisch gemeint!
7	convincere (+ Akk.) (+ Abl.): (jdn.) (durch etw.) einer Schuld überführen		

T 8	Ciceros Angriff auf Catilina (63 v. Chr.), Teil 3
------------	--

Der Konsul Cicero hatte erfahren, dass zwischen einer in Rom weilenden Gesandtschaft des Stammes der gallischen Allobroger und Verschwörern in der Hauptstadt Kontakt aufgenommen worden war. Cicero wusste außerdem, daß die Gesandten auf ihrem Heimweg nordwärts einen Brief der Catilinarier mit sich führten und von einem Beauftragten der Verschwörer namens T. Volturcius begleitet wurden. Über die anschließenden Vorgänge berichtet Cicero selbst:

05	Itaque hesterno die L. Flaccum et C. Pomptinum praetores, fortissimos atque amantissimos rei publicae viros, ad me vocavi, rem exposui, quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt et, cum advesperasceret, occulte ad <u>pontem Mulvium</u> pervenerunt atque ibi in proximis villis ita <u>bipertito</u> fuerunt, ut Tiberis inter eos et pons interesset. Eodem autem et ipsi sine cuiusquam suspitione multos fortes viros eduxerant, et ego ex <u>praefectura Reatina</u> complures delectos adulescentes, quorum opera utor adsidue in rei publicae praesidio, cum gladiis miseram.
10	Interim tertia fere vigilia exacta, cum iam pontem Mulvium magno comitatu legati Allobroges ingredi inciperent unaque Volturcius, fit in eos impetus; ducuntur et ab illis gladii et a nostris. Res praetoribus erat nota solis, ignorabatur a ceteris. Tum interventu Pomptini atque Flacci pugna, quae erat commissa, sedatur. Litterae, quae erant in eo comitatu, integris <u>signis</u> praetoribus traduntur; ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem, Cimbrum Gabinium, statim ad me vocavi. (173 Wörter)

Hilfen

4	pons Mulvius: die milvische Brücke (5 km nördlich von Rom)	6	praefectura Reatina: der Bezirk von Reate (im Sabinerland)
5	bipertito: hier: auf beiden Seiten	11	signum: hier Siegel (an der Verschnürung der als Brief dienenden Schreiftafel)

T 9	Ciceros Verteidigung seines Parteifreundes Murena (63 v. Chr.)
------------	---

Cicero verteidigt gegen Ende seines Konsulats seinen Parteifreund Murena, der für das Jahr 62 zum Konsul gewählt worden ist, und wendet sich dabei erneut gegen Catilina und seine Anhänger.

05	Non usque eo L. Catilina rem publicam despexit atque contempsit, ut ea copia, quam secum eduxit, se hanc civitatem <u>oppressurum</u> arbitraretur. Latius patet illius sceleris contagio quam quisquam putat, ad plures pertinet. Intus, intus, inquam, est equus Troianus; a quo numquam me consule dormientes opprimemini. <u>Quaeris</u> a me, ecquid ego Catilinam metuam. Nihil, et curavi, ne quis metueret, sed copias illius, quas hic video, dico esse metuendas; nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinae quam isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur. Non enim deseruerunt, sed ab illo <u>in speculis</u> atque insidiis relictis in capite atque in cervicibus nostris <u>restiterunt</u> . Hi et integrum consulem et bonum imperatorem et natura et fortuna cum rei publicae salute coniunctum deici de urbis praesidio et de custodia civitatis vestris <u>sententiis</u>
10	<u>deturbari</u> volunt. Quorum ego ferrum et audaciam reieci in campo, debilitavi in foro, compressi etiam domi meae saepe, iudices, his vos si alterum consulem tradideritis, plus multo erunt vestris sententiis quam suis gladiis consecuti. Magni interest, iudices, id, quod ego multis repugnantibus egi atque perfecti, esse Kalendis Ianuariis in re publica duo consules.
(179 Wörter)	

Hilfen

2	oppressurum <esse>	8	restiterunt: von restare
4	quaeris: Cicero wendet sich an den Ankläger	9	sententia: die Stimme
7	in speculis: auf der Lauer	10	deturbare aliquem: jemanden an etwas hindern

T 10	Ciceros Verteidigung des Dichters Archias (62 v. Chr.)
-------------	---

Der griechische Dichter Archias war angeklagt worden, sich das römische Bürgerrecht erschlichen zu haben. Cicero übernahm seine Verteidigung und benutzte die Gelegenheit, um seine Gedanken über den Wert der Wissenschaften und Künste, vor allem der Dichtkunst darzulegen.

05	Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus exiguis sane continentur. Qua re si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo hominum nostrorum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, tum eis certe, qui de vita gloriae causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset: ‚O fortunate,‘ inquit, ‚adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!‘ Et vere. Nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? Noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mytilenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit, et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriae commoti quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbaverunt? Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit.
10	
15	(186 Wörter)

T 11	Ciceros Werben um die Verlängerung des Gallienkommandos Cäsars (56 v. Chr.)
-------------	--

In einer Senatsdebatte des Jahres 56 v. Chr. setzt sich Cicero dafür ein, daß Cäsars Provinzialkommando in Gallien verlängert wird und rechtfertigt sich dafür.	
--	--

05	Bellum in Gallia maximum gestum est; domitae sunt a Caesare maximae nationes, sed nondum legibus, nondum iure certo, nondum satis firma pace devinctae. Bellum adfectum videmus et, vere ut dicam, paene confectum, sed ita ut, si idem extrema persequitur, qui inchoavit, iam omnia perfecta videamus, si succeditur, periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus. Ergo ego senator - inimicus, si ita vultis, homini - amicus esse, sicut semper fui, rei publicae debeo. Quid? Si ipsas inimicitias depono rei publicae causa, quis me tandem iure reprehendet? praesertim cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. An vero M. ille Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poetae voce laudatus est, quod cum M. Fulvio conlega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent? Atque ut vetera, quae sunt innumerabilia, mittam, tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit? Quibus eum omnibus eadem res publica reconciliavit, quae alienarat.
10	(184 Wörter)

T 12	Ciceros kämpft um die Begnadigung eines Cäsargegners (45 v. Chr.)
-------------	--

Dem kleinasiatischen König Deiotarus wird vorgeworfen, im Bürgerkrieg auf der Seite des Pompeius gegen Caesar gekämpft und ihn im eigenen Haus sogar habe ermorden lassen wollen. Cicero verteidigt Deiotarus.

05		Maxime vero perturbatus est, ut audivit, consules ex Italia profugisse omnisque consularis - sic enim ei nuntiabatur - cunctum senatum, totam Italiam <u>effusam esse</u> : talibus enim nuntiis et rumoribus patebat ad orientem via nec ulli veri subsequebantur. Nihil ille de condicionibus tuis, nihil de studio concordiae et pacis, nihil de conspiratione audiebat <u>certorum</u> hominum contra dignitatem tuam. Quae cum ita essent, tamen usque eo se <u>tenuit</u> , quoad a Cn. Pompeio ad eum legati litteraeque venerunt. Ignosce, ignosce, Caesar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus <u>cessit</u> , quem nos omnes secuti sumus. Ad quem <u>cum</u> di atque homines omnia ornamenta conguessissent, <u>tum</u> tu ipse plurima et maxima ... Quis consideratior <u>illo</u> ? Quis tectior? Quis prudentior?
10		Quamquam hoc loco Deiotarum non tam <u>ingenio</u> et <u>prudentia</u> quam <u>fide</u> et <u>religione</u> vitae defendendum puto. Nota tibi est hominis probitas, C. Caesar, noti mores, nota constantia. Cui porro, qui modo populi Romani nomen audivit, Deiotari integritas, gravitas, virtus, fides non <u>audita est</u> ? Quod igitur facinus nec <u>in</u> hominem imprudentem <u>caderet</u> propter metum <u>praesentis exitii</u> , nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id <u>vos</u> et a viro optimo et ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis? <u>At quam</u> non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidem!
15		(196 Wörter)

Hilfen

2	effundere, effundo, effusi, effusum: den Kopf verlieren	9	ingenio ... prudentia ... fide ... religione: Ablativus causae
4	certi: wohlbekannte Leute (abwertend)	12	audita est = nota est
5	tenere, teneo, tenui: zurückhalten	12	cadere + in + Akk.: zutreffen auf
6	cedere, cedo, cessi, cessum: sich unterordnen	12/13	praesens exitus: die Folgen
7/8	cum ... tum: wenn ... dann	13	vos: gemeint sind die Richter
8	illo: gemeint ist Deiotarus	14	at quam: Übersetze: aber das

T 13	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 1
------	--

Nach der Ermordung des Diktators Cäsar, die Cicero bejubelt, keimt Hoffnung auf die Wiederherstellung der freien Republik auf. In den politischen Wirren nach dem Tode Cäsars nimmt Cicero mit seinen 14 philippischen Reden, die mit ihrer Bezeichnung an die Freiheitsreden des Atheners Demosthenes gegen Philipp von Makedonien erinnern, gegen Antonius Stellung, der das politische Erbe Cäsars antreten will. Im Zusammenhang mit diesen Auseinandersetzungen wird Cicero im Dezember des Jahres 43 v. Chr. von Parteigängern des Antonius ermordet. Im vorliegenden Text setzt sich Cicero gegen Vorwürfe des Antonius betreffend die Entstehung der Auseinandersetzung zwischen Cäsar und Pompeius zur Wehr.

05	Quod vero dicere ausus es idque multis verbis opera mea Pompeium a Caesaris amicitia esse diiunctum ob eamque causam culpa mea bellum civile esse natum, <u>in eo</u> non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, <u>temporibus errasti</u> . Ego <u>M. Bibulo</u> , praestantissimo civi, consule nihil praetermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem. In quo Caesar felicius fuit. Ipse enim Pompeium a mea familiaritate diiunxit. Postea vero quam se totum Pompeius Caesari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere conarer? Stulti erat sperare, suadere impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Caesarem Pompeio suaserim. Ea velim reprehendas, si potes: unum, ne quinquenni <u>imperium</u> Caesari prorogaret, alterum, ne pateretur ferri, ut <u>absentis eius ratio haberetur</u> . Quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias numquam incidissemus. Atque idem ego, cum iam opes omnes et suas et populi Romani Pompeius ad Caesarem detulisset, seroque ea sentire coepisset, quae multo ante provideram, inferrique patriae bellum viderem nefarium, pacis, concordiae, compositionis auctor esse non destiti, meaque illa vox est nota multis: „Utinam, Cn. Pompei, cum C. Caesare societatem aut numquam coisses aut numquam diremisses!“
10	
15	

(182 Wörter)

Hilfen

2	in eo = in ea re	9	imperium: das Kommando (in Gallien)
3	temporibus: hinsichtlich der zeitlichen Abfolge	10	absentis: ein Gesetz sollte es Caesar ermöglichen, sich von der Provinz aus zu bewerben.
3	errasti = erravisti	10	rationem alicuius habere: jemanden berücksichtigen
3	Bibulus: Caesars Mitkonsul 59 v. Chr.		

T 14	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 2
-------------	---

Cicero ruft die Senatoren zum entschlossenen Widerstand gegen Antonius auf.	
--	--

05	Hic enim dies vobis, patres conscripti, inluxit, haec potestas data est, ut, quantum virtutis, quantum constantiae, quantum gravitatis in huius ordinis consilio esset, populo Romano declarare possetis. Recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit, quantus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia; quantam sitis a populo Romano laudem, quantam gloriam, quantam gratiam consecuti. Atque illo die, patres conscripti, ea constituistis, ut vobis iam nihil sit integrum nisi aut honesta pax aut bellum necessarium. Pacem volt M. Antonius? Arma deponat, roget, deprecetur. Neminem aequiorem reperiet quam me, cui, dum se civibus impiis commendat, inimicus quam amicus esse maluit. Nihil est profecto, quod possit dari bellum gerenti; erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti; legatos vero ad eum mittere, de quo gravissimum et severissimum iudicium nudius tertius decimus feceritis, non iam levitatis est, sed, ut, quod
10	sentio, dicam, dementiae. Primum duces eos laudavistis, qui contra illum bellum privato consilio suscepissent; deinde milites veteranos, qui, cum ab Antonio in colonias essent deducti, illius beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt. Quid? Legio Martia: Quid? Quarta, cur laudantur? Si enim consulem suum reliquerunt, vituperandae sunt; si inimicum rei publicae, iure laudantur. (184 Wörter)

T 15	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 3
-------------	---

Cicero blickt auf die vom Senat gegen Antonius beschlossenen Maßnahmen zurück:	
---	--

05	Causa fortissimis optimisque consulibus Kalendis Ianuariis de re publica primum referendi fuit ex eo, quod ante diem XIII. Kalendas Ianuarias senatus me auctore decrevit. Eo die primum, Quirites, fundamenta sunt iacta rei publicae: fuit enim longo intervallo ita liber senatus, ut vos aliquando liberi essetis. Quo quidem tempore, etiam si ille dies vitae finem mihi adlaturus esset, satis magnum ceperam fructum, cum vos universi una mente atque voce iterum a me conservatam esse rem publicam conclamastis. Hoc vestro iudicio tanto tamque praeclaro excitatus ita Kalendis Ianuariis veni in senatum, ut meminissem, quam personam impositam a vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium inlatum rei publicae cum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi, hominemque audacissimum, qui multis nefariis rebus ante commissis hoc tempore imperatorem populi Romani oppugnaret, coloniam vestram fidissimam fortissimamque obsideret, bello censui persequendum: tumultum esse decrevi, iustitium edici, saga sumi dixi placere, quo omnes acrius graviusque incumberent ad ulciscendas rei publicae iniurias, si omnia gravissimi belli insignia suscepta a senatu viderent. Itaque haec sententia, Quirites, sic per triduum valuit, ut, quamquam discessio facta non esset, tamen praeter paucos omnes mihi adsensuri viderentur.
10	
15	(183 Wörter)

T 16	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 4
-------------	---

Antonius belagert Decimus Brutus, den designierten Konsul des folgenden Jahres, in Mutina. Als der Senat versucht, zwischen beiden zu vermitteln, und beschließt, eine Friedensgesandtschaft zu Antonius zu schicken, wendet sich Cicero in einer Rede an das Volk.

05	Intellego, Quirites, a vobis hanc sententiam repudiari, neque <u>iniuria</u> . Ad quem enim legatos? Ad eumne, qui pecunia publica dissipata atque effusa per vim et contra auspicia impositis rei publicae legibus, fugata contione, obsesso senatu, ad opprimendam rem publicam Brundisio legiones accesserit, ab eis relictus cum latronum manu in Galliam inruperit, Brutum oppugnet, Mutinam circumsedeat? Quae vobis potest cum hoc gladiatore condicionis, aequitatis, legationis esse communitas? <u>Quamquam</u> , Quirites, non est illa legatio, sed denuntiatio belli, nisi paruerit: ita enim est decretum, <u>ut si</u> legati ad Hannibalem mitterentur. Mittuntur enim, qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne provinciam depopuletur, ne dilectus habeat, sit in senatus populi que Romani potestate. <u>Facile</u> vero huic denuntiationi parebit, ut in patrum conscriptorum atque in vestra potestate sit, qui in sua numquam fuerit! Quid enim ille umquam arbitrio suo fecit? Semper eo tractus est, quo libido rapuit, quo levitas, quo furor, quo vinolentia; semper eum duo dissimilia genera tenuerunt, lenonum et latronum; ita domesticis stupris, forensibus parricidiis delectatur, ut mulieri citius avarissimae paruerit, quam senatui populoque Romano. Itaque, quod paulo ante feci in senatu, faciam apud vos.
10	
15	(182 Wörter)

Hilfen

1	Iniuria: zu Unrecht	7	ut si: wie wenn, als ob
6	Quamquam: indes, jedoch	9	facile: natürlich ironisch gemeint

T 17	Ciceros Kampf gegen Antonius (44/43 v. Chr.), Teil 5
-------------	---

In der Auseinandersetzung mit Antonius mahnt der Senator Lepidus zum Frieden. Cicero setzt sich mit der Meinung des Lepidus auseinander.	
---	--

05	At enim nos M. Lepidus, imperator iterum, pontifex maximus, optime proximo civili bello de re publica meritus, ad pacem adhortatur. Nullius apud me, patres conscripti, auctoritas maior est quam M. Lepidi vel propter ipsius virtutem vel propter familiae dignitatem. Accedunt eodem multa privata magna eius in me merita, mea quaedam officia in illum. Maximum vero eius beneficium numero, quod hoc animo in rem publicam est, quae mihi vita mea semper fuit carior.
10	Nam cum <u>Magnum Pompeium</u> , clarissimum adolescentem, praestantissimi viri filium, auctoritate adduxit ad pacem remque publicam sine armis maximo civilis belli periculo liberavit, tum me eius beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. Itaque et honores ei decrevi, quos potui amplissimos, in quibus mihi vos estis adsensi, nec umquam de illo et sperare optime et loqui destiti. Magnis et multis pignoribus M. Lepidum res publica inligatum tenet. Summa nobilitas est, omnes honores, amplissimum sacerdotium, plurima urbis ornamenta, ipsius, fratris maiorumque monumenta; probatissima uxor, optatissimi liberi, res familiaris cum ampla tum casta a cruore civili. Nemo ab eo civis violatus, multi eius beneficio et misericordia liberati.
15	Talis igitur vir et civis opinione labi potest, voluntate a re publica dissidere nullo pacto potest. (195 Wörter)

Hilfen

6	Magnus Pompeius: Sextus Pompeius, der Sohn des berühmten Cäsargegners Pompeius		
----------	--	--	--

T 18	Ciceros Gedanken über die Redekunst (De oratore, 55 v. Chr.)
-------------	---

Nach seiner Verbannung im Jahre 58 v. Chr. aufgrund der nicht verfassungskonform beschlossenen Hinrichtung der Catilinarier und seiner Rückkehr im Jahre 57 v. Chr. war Cicero in seiner politischen Handlungsfreiheit unter den Triumvirn eingeschränkt. So widmete er sich der theoretischen Auseinandersetzung mit der Staatsphilosophie und der Rhetorik.

05	<p>Neque vero mihi quicquam praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum mentes, adlicere voluntates, impellere, quo velis, unde autem velis, deducere: haec una res in omni libero populo maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus praecipue semper floruit semperque dominata est. Quid enim est aut tam admirabile, <u>quam</u> ex infinita multitudine hominum existere unum, qui id, quod omnibus natura sit datum, vel solus vel cum perpaucis facere possit? Aut tam iucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita? Aut tam potens tamque magnificum, quam populi motus, iudicum religiones, senatus gravitatem unius oratione converti? Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare adflitos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis vel provocare integer vel te ulcisci lacessitus? <u>Age vero</u>, ne semper forum, subsellia, rostra curiamque meditare, quid esse potest in otio aut iucundius aut magis proprium humanitatis, quam sermo facetus ac nulla in re rudis? Hoc enim uno praestamus vel maxime feris, quod conloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensa possumus. Quam ob rem quis hoc non iure miretur summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno homines maxime bestiis praestent, in hoc hominibus ipsis antecellat?</p> <p style="text-align: right;">(210 Wörter)</p>
10	
15	

Hilfen

4	quam: mit folgendem AcI: wie wenn	11	agevero: ferner aber
----------	-----------------------------------	-----------	----------------------

T 19	Ciceros Gedanken über den Tod (De senectute, 44 v. Chr.)
-------------	---

Selbst während der dramatischen Auseinandersetzungen im Kampf gegen Antonius fand Cicero noch Gelegenheit zu philosophieren. So ist uns aus seinem letzten Lebensjahr eine philosophische Schrift erhalten, in der er den alten Cato Gründe widerlegen lässt, aus denen die Menschen für gewöhnlich das Alter für ein Unglück halten.

05	Quarta restat causa, quae maxime angere atque sollicitare senes videtur, adpropinquatio mortis, quae certe a senectute non potest esse longe. <u>O miserum senem</u> , qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non viderit! Mors aut plane neglegenda est, si omnino exstinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus aeternus; atqui tertium certe nihil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem aut beatus etiam futurus sum? <u>Quamquam</u> quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, <u>cui</u> sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Quin etiam <u>aetas illa</u> multo plures quam nostra casus mortis habet; facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius aegrotant, tristius curantur. Itaque pauci veniunt ad senectutem.
10	At sperat adolescens diu esse se victurum, quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat: quid enim stultius est quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? At senex ne quod speret quidem habet. At <u>est eo meliore condicione</u> quam adolescens, cum id, quod ille sperat, hic consecutus est; ille vult diu vivere, hic diu vixit. At quid est in hominis natura diu? Horae quidem cedunt et dies et menses et anni nec praeteritum tempus umquam revertitur.
	(191 Wörter)

Hilfen

2	O miserum senem: Akk. des Ausrufs: Wie bedauernswert ist ein alter Mensch, der	7	aetas illa: gemeint ist die Jugend
6	quamquam: hier: jedoch	11	meliore condicione esse: besser dran sein
6	Übersetzung des Relativsatzes cui ... victurum: daß er genau zu wissen meint, daß er bis zum Abend am Leben bleibe		

T 20	Ciceros Gedanken über ehrenhaftes Handeln (De officiis, 43 v. Chr.)
-------------	--

Ebenfalls in seinem letzten Lebensjahr ist Ciceros philosophische Schrift „De officiis“ entstanden. In ihr erörtert er in Anlehnung an den stoischen Philosophen Panaitios (etwa 190-110 v. Chr.) das honestum und das utile, das Sittliche und das Nützliche, sowie sich zwischen beiden ergebende Konfliktmöglichkeiten. Gewidmet ist dieses letzte Werk Ciceros seinem Sohn Marcus, der als Student in Athen nicht sehr eifrig gewesen zu sein scheint. Die „Officia“ Ciceros sind zugleich seine letzten Worte an sein Volk und an die Menschheit. Der vorliegende Text thematisiert anhand der Sage von Gyges das Begehen von Unrecht. Ein Gyges ist als König von Lydien im westlichen Kleinasien in der Zeit um 680 bis 650 vor Chr. historisch bezeugt. Seine Machtergreifung und die Kämpfe mit Rivalen bilden den realen Kern der Sage.

05	<u>Gyges</u> , cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, descendit in illum hiatus aeneumque equum, ut ferunt fabulae, animadvertit, cuius in lateribus fores essent; quibus apertis corpus hominis mortui vidit magnitudine invisitata anulumque aureum in digito. Quem ut detraxit, ipse induit, tum in concilium se pastorum recepit. Ibi cum palam eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat; idem rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat. Itaque hac opportunitate anuli usus reginae stuprum intulit - erat autem regius pastor - eaque adiutrice regem dominum interemit, sustulit, quos obstare arbitrabatur, nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiae. Hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet.
10	Honesta enim a bonis viris, non occulta quaeruntur. (130 Wörter)

Hilfen

adiutrix, tricis,f.	Helferin
aeneus,a,um	aus Bronze
anulus,i,m.	Ring
aureus,a,um	golden
detrahere, detraho, detraxi, detractum	abziehen
exoriri, exorior, exortus sum	sich erheben, auftreten
fores, forium,f.	(zweiflügelige) Tür
hiatus,us,m.	Öffnung, Kluft
induere, induo, indui, indutum	anziehen, anlegen
interimere, interimo, interemi, interemptum	aus dem Wege räumen, töten
invertere, inverto, inverti, inversum	umwenden, umdrehen
invisitatus,a,um	noch nie gesehen, ungewöhnlich
opportunitas, opportunitatis,f.	günstige Gelegenheit
pala,ae,f.	Fassung eines Edelsteins am Ring
palm,ae,f.	Handfläche
stuprum,i,n.	erzwungener Beischlaf, Ehebruch

Fundstellenverzeichnis der Klausuren

T 1	Pro Sexto Roscio 61-62.
T 2	In Verrem II 4,1-2.
T 3	De imperio Cn. Pompei 7-8.
T 4	De imperio Cn. Pompei 11-12.
T 5	Pro Cluentio 7 ff.
T 6	In Catilinam 2,1-2.
T 7	In Catilinam 2,12-14.
T 8	In Catilinam 3,5-6.
T 9	Pro Murena 78 ff.
T 10	Pro Archia 23-24.
T 11	De provinciis consularibus 19-20.
T 12	Pro rege Deiotaro 11-12.16-17.
T 13	Phil. 2,23 ff.
T 14	Phil. 5,2-4.
T 15	Phil. 6,2.
T 16	Phil. 6,3.
T 17	Phil. 13,7-8.
T 18	De oratore I 30-32.
T 19	De senectute 19,66-69.
T 20	De officiis 3,38.